

Quo tempore fuscitatus mortuis, dixit: Se ante quemdam ju- dicem deducum, illicque magnis clamoribus reprehensus eos, a quibus fuerat perductus, quo iudex non illum, sed Stephanum ferrarium ejus vicinum deduci iusserat: missique ad illum ipsum, ferrarium nunciarent cum illa ipsa hora mortuum esse. Hoc autem Gregorius se ab ipso Stephano audivisse testatur. Fulg. l. 1. c. 6.

REPARATUS (de quo Greg. scribit) rigens, frigidusque pro mortuo a suis conclamatus, statim ad vitam reversus, misit ad Laurentium in Damaso sanum, in urbe Roma, qui sciscitarentur de Tiburtio Sacerdote, quidnam esset? Atque interim dum nuncius revertetur, narravit se scillum esse visum in inferno magnis ignibus cruciari. Reverso autem nuncio, qui ea ipsa hora mortuum esse Tiburtium affirmavit. Reparatus quoque statim mortuus est. Idem l. 1. c. 6. & Egnat. eodem.

EBERARD. eques German. postea ad se reversus dixit, spiritum suum a malignis spiritibus Hierosolymam perductum, deinde in Saladini castra (qui eo tempore Aegypti regnum obtinebat) mox in Lombardiam, ubi in quadam sylva Germanum amicum suum alloquutus esset: postremo ad urbem Romanam perlatum, sedente Innoc. III. descripta ipsius situs, ac locorum, edificiorumque forma, atque effigie principum ipsorum graphice, ut erant. His futura multa addidit, quae sequuta sunt. Quae omnia cum mirandam rem faciant, illud tamen admirationem auget, quod is, quo cum in sylva se locutum aiebat, colloquium habitum eo in loco, temporeque quo is dixerat, confirmabat. Idem.

Ethnicorum.

Maxima manium evocatio (Homeri testimonio) apud Avernum traditur fuisse, in quo caelis victimis, & carmine effuso, manes defunctorum ab inferis per diras execrationes eliciebant: mox tenuissima effigie, & hominis simulacro sub noctem apparente, responso excepto, super quo consultari venerant, & conspectu imago in auras puncto temporis dilabebatur. Alex. l. 5. c. 26.

Ex duobus fratribus equitibus Romanis, major natu nomine Corfidius, cum ab omnibus pro mortuo haberetur, & jam tabula testamenti recitarentur, quo alterum fratrem heredem instituebat, in medio funebribus apparatus in pedes magna se laticia erexit, dicens: Se apud fratrem fuisse, qui filiam sibi commendavisset & ostendisset, ubi certam vim auri sub terra conditam haberet, quo sepulturae ejus exequias ex funerals apparatus celebraret. Eo hac dicente, magna eorum, qui aderant cum admiratione allatum fuit de morte fratris nuncium, & aurum ubi dixerat, inventum. Fulg. lib. 1. c. 8. ex Plin. l. 7. c. 52.

POLYCRITUS quidam Aetolus, e populo Aetolarcha creatus per triennium virtutis ergo, uxorem duxit Locridem; cum qua ut tres dormivit noctes, quarta extremum vitae diem confecit. Mulier vidua domi mansit: & cum partus tempus appeteret, factum in forum protulerunt: advocataque concione & coactis sacrificiis, atque monstrorum inspectoribus, de eo deliberarunt. Horum alii pronunciarunt, dissidium aliquod Aetolorum, & Locrensiu portendi, factum enim divitum esse, matris Locridis, ac patris Aetoli. Alii censuerunt, matrem cum factu extra fines Aetoliae deportari, ac cremari debere. Dum hac consultantur, subito Polycritus pridem mortuum in concione existit prope infantem atra amictus veste. Is perterritos cives eo spectro affatus est, & sibi infantem suum precibus primo, mox etiam minis intermixtis restitui petiit. Negantibus aliis, aliis consultationem differentibus, ira exardens Polycritus arripuit infantem, & plerisque ferocius abiogens discepit eum, ac voravit. Clamorem multitudine sustulit, lapidibusque in eum conjectis arce aggressa est: verum ille nullis favorum ictibus obnoxius, totum infantis corpus dempto capite absumpsit, subitoque evanuit. Quod factum cum Aetoli agere serrent, & in anxietatem haud mediocrem venerent, Delphosque mittere vellent, caput infantis in solo jacens loqui coepit, & longa oratione ingentem cladem civibus impendere praedixit. Aetoli audito oraculo, uxores, infantes, & senio provectos exposuerunt, quo quisque potuit: ipsi manserunt domi, & quid futurum esset, expectaverunt. Contigit autem, ut anno proximo inter Aetolos, & Aetarnes bellum existeret, & utrinque magna fieret clades. Phlegon Traillianus de mirabilibus, & longaevis, ex Hierone.

Bello Sieulo, quod inter Octavianum Caesarem, & Sex. Pompeium Magni F. gestum est, Gabienus Caesaris Cladium fortissimus a Pompejanis militibus captus, incisa cervice, & vix cohaerente jacuit in litore diem totum, cumque renescere fieri denotantes inciperent, gemitu, precibusque congregato vulgariu cœtu, petiit, uti ad se jubere Pompejum quamprimum venire, se ab inferis remissum habere quod nunciaret. Misit ex familiaribus Pompejum quamplures, quibus Gabienus dixit, Inferis diis placere Pompeii causas, & partes pijs argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis protinus expiraturus esset: idque ita evenit. Plin. lib. 7. cap. 52. Verum fatanz ludibrium eventus ipse detexit. Caesar cum superis victor Pompejum ad inferos suos misit.

Narrat Antisthenes philosophus Peripateticus, Acilium, Glabionem consulem, Anthiochum regem Asiae ad Thermopylas vicissim, Anthiochum regem Asiae ad Thermopylas parte ceciderant, tum legendis spoliis, atque exuviis, & captivis dederunt. Ibi Buplagus quidam Syrus, qui magno in pretio apud Antiochum fuerat, turdam equorum duxerat, media die de mortuis furexit, vulneribus affectus F. xxii. & castra Rom. venit, atque hos verus exili voce pronunciat:

Desiste ad manes turbam spoliare profectam: Succesit fupier iam nunc facta impia cernens, Iratus eadem ob legionis, & ob tua facta, Immanem, gentemque tuas immitte in oras, Imperio tibi, quae tua facta rependat, adempto.

Perturbati his verbis Duces, celeriter multitudinem in concionem convocarunt, ac de spectro consultarunt. Placuit, ut Buplagus statim a recitatis verbis extinctus cremaretur, ac sepeliretur: lustraretur exercitus, Jovi Averuncatori sacrum feret, mitterenturque Delphos, qui, quid agendum esset, perquirerent. Consulibus Pythia sic respondit:

Desine nunc, Romane, & jus sac fac tibi cordi, Ne longè majori instrudum robore Martem Immittas tibi, qui fera civibus atrox, Atque domus viduet, post multos stulte labores, Amisisti opibus repetes tua limina magnis.

Quo audito, Romani omne consilium expeditionis in aliquem G. Europae habitatorem suspiciendè abiecerunt: & mox castris, a dicto loco Naupactum venerunt, Aetoliz urbem, ubi commune est Graecorum templum, ibique sacrificia publica, & primitias de more adorarunt. Hæc cum celebrarentur, Imp. Publius infamia correptus, multa divino animi instinctu pronunciauit, quaedam verbis, alia soluta oratione. Quæ res cum esset indicata multitudinis, omnes ad Publii tentorium concurrerunt, adeo ut quidam vehementius pressi suffocarentur. Verbis illi primum, mox etiam prola oratione Romanis ingentem cladem, ob vastatam Asiam, imminere praedixit, & ex Oriente venturum victorem, qui Italiam miserimè affligat, Sylla fortassis ille fuit. Egressus inde castris, querecum quandam descendit, sequentemque multitudinem advocans, hæc dixit: mihi quidem, Quirites, ceterique milites, convenit, ut a lupo rufo magno vorer hodie. Vos autem scitote, ventura vobis omnia quæ praedixi: ac veram me numine quodam demonstrante praedixisse, hoc certissimo intelligite signo, quod mox lupo aderit, & me interficiet. Hoc locutus, discedere eos iussit, & lupum non impedire, quò minus accedat: dicens, si eum arceant, malè id ipsis versurum. Obtempereante dictis multitudine, paulò post accessit lupo. Quem cum videret Publius, de quereu descendit, & supinus concidit; lupo autem cum lanaviit, & voravit, omnibus videntibus eumque præter caput omnia consumpsisset, montem petiit. Porro turba accedente, & reliquis tollere, ac sepelire, ut illes pubebant, volente, caput humi jacens prolixo carmine se contectari vetuit, cladem impendentem iteravit, Phœbi iussu, qui ministerio lupi se ad sedes beatorum duxisset. Quod cum audivisset multitudo, non leviter perturbata sanam posuerunt Apollini Lycio, sive Lupino, aramque eo loco, ubi caput jacbat, tum navibus concessis, domum quaque suam navigarunt. Ceterum evenerunt omnia, quæ erant a Publio praedicta. Phlegon Traillianus De mirabilibus longævis.

Cum in terra Caria Jovis Hoplofimi Sacerdos esset occisus, nec quò constaret, nonnulli audivisse se retulerunt, capite praefixo dicentem sepius: Virum super viro Cercidas occidit: Icaque hominem, qui nomen Cercidas, per provinciam amplius quaesierunt, comperitque in iudicium perduxere. Cælius l. 3. c. 23. Antiq. l. 6.

Facta. Miracula à mortuis edita.

CHRYSANTH. & MUSONIUS Episc. in assertenda Trinitatis veritate, Niceæ Bithyniæ cum reliquis consenserant, sed ante subscriptionem vivis excescerant: At reliqui Patres consilio concitato, libellum obligatum ad tumulum deposuerunt, orantes quandoquidem non nullo interposito obstaculo Trinitatis splendore illustrati clarius discernant, una cum ipsis subscriptionem. Postmodum ad locum redeuntes, signa involuta invenniunt: at libello resignato, subscriptiones illorum reliquis insertas cognoscunt, recentes adhuc, & in hæc verba conceptas: Chrysantho, & Musonio, qui cum patribus omnibus in sancta prima Oecumena synodo, Nicea consensimus, quamvis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus. Niceph. l. 8. c. 23.

EVAGRIUS Philosophus persuasus à Synesio Alexandrino, ut Christianam fidem amplecteretur, baptizareturque, actu- lit ad Episcopum ccc. auri libras, quas ille pauperibus distribuere, data sibi cautione manu propria scripta, Deum ista redderentur. Episc. benignè accepit, eamque data syngrapha inter egenos divit. Philosophus post aliquot annos moriturus, liberis suis præcepit: ut mortuo sibi in manu ingererent syngrapham istam, simulque sepelirent. Quo facto tertio post die, Episcopo in somnis visus est Evagrius, mœrens eum, ut accedens ad sepulchrum suum syngrapham reciperet: redditum enim sibi esse centuplum debiti, illudque manu sua subscripsisset: Episc. cum Clero, & Philosophi filiiis tumulua adiens, eum aperuisset, sedentem invenit Evagrium, manumque cum charta protendentem. Quam cum in conspectu omnium aperuisset Episc. invenit recens manu Philosophi subscriptum ita: Evagrius Philosophus sanctissimi Episcopo Domino meo Synesio S. Scias, pater, me centuplum debiti recepisse, neque eo nomine habere, quod abs te exigam. Hoc audito, iussit Episcopus manu scriptam schedam in armario asservari. Cedrenus.

Mulier quaedam Joanni Eleemosynario schedam tradiderat, in qua grande peccatum ei aperuisset. Mortuo illo, per triduum sepulcro affidens continuo flevit: miuens, ne illa ad alienam manus deveniret, & degeretur facinus. Ibi Eleemosynarius apparuit mulieri, reddiditque schedam obfiguratam: cui delata priori scriptura, ita erat scriptum: Propter Joannem servum meum, deletum est peccatum tuum. Metaphrastes in vita ejus. Tom. 1. Sur.

ABELBERTI Pragensis Episcopi in Livonia ob Christum occisi digitem, quo inter praedicandum usus sæpè fuerat, in Vandalum amnem proiecerunt carnifices. Proiectum piscis absorbit. Absorptus in facis speciem, in ventre piscis illuxit. Piscatores hoc edoiti portento, mira industria ceperunt piscem, & in exenterati ventre Abelderti digitem, facis more lucentem invenere. Bonfin. hist. Ungar. lib. 1. Dec. 2.

PASSIONES TUM MVA.

CLEARCHI cadaver eum ob criminis suspicionem canibus pro more expositum esset, magna vis venti orientis illud pulverare textit: tanquam diis significantibus immeritum pœnas dedisset. Alex. l. 6. c. 14.

HENRICI II. Anglorum regis cadaver, impietatem Filii, ob denegatum a Patre Adalram Philippi Francorum regis fororem Philippum deficientis, sanguine è naribus stillante arguit. Polyd. l. 13.

CURTUS, quo corpus S. Ladislai Ungariæ regis defuncti ferebatur, custodibus dormientibus, & iugentis pascentibus sine ulla impulsu, Varadium usque tanta celeritate pervenit, ut neque custodes eum assequi, neque quinquam remorari possent. Dum sepulcro mandatum, os quiescens, qui fœtere illud dixerat, in tergum ita reortum est, & mentum in humeris hefit, ut nulla arte in integrum restitui possent. Sed cum vociferaretur, Peccavi in sanctum principem, sancte Ladislai miserere mei: & supplicii veneratione iratum sepulcri numen placaret, mentum in suum locum reductum est. Bonfin. l. 4. Dec. 2.

SYLVESTER II. ut Cardinales de Fula salute, vel condemnatione aeterna certiores faceret, cadaver suum bigis impositum, quocunque equi abique petere illud transissent, illic sepeliri iussit. Equi ad valvas D. Petri constituerunt. Platina, Nauclerus, Henr. Erfordiensis, Antonius.

GREG. IV. Pontifex ditionem Ecclesiae recuperans, latro- nes circa urbem, quorum fœvicia peregrini Romam religio- nis causa accedentes necabantur, è medio sustulit. Hinc à quibusdam vulgò homicida, simoniacus, & sanguinis huma- L. B. Teatr. vitæ Hum. Tom. II.

ni appetentissimus, etiam à Cardinalibus quibusdam appellabatur. In agone positus Cardinales ad se vocatos verbis castigavit, subiiciens: Ut scire possitis ubi mortuus fuero, rectè ad perperam fecerim, corpus meum ante fores Ecclesiae sistite vestibus obsecratis: si divino nutu aperiantur, censetote me dignum Christianorum sepultura: si non fecis, corpus meum una cum anima damnatum, quo volueritis eicitote. Fecere mandata Cardinales. Atque portæ coorto gravi vento aperta sunt, & corpus cum admiratione omnium, & opinione magne sanctitatis intolutum est. Platina.

Mulier magna apud Betheliam Angliæ villam moritura filios de sua animæ statu divinationem obire iussit. Nimirum corpus suum corio cervino insutum includerent in theca lapidea, operculum deinde ferro, plumboque confringerent, & lapidem tribus magnis confringerent catenis: Si tribus nodibus ita securè jacuisset, quarto die eam sepelirent. Matris voluntatè exequuntur liberi. At primis duabus nodibus inter psalmodiam Clericorum circa corpus damones ostium templi confringentes, duas catenas dirumpunt. Tertia node etiam tertia catena, quæ fuit operosior, à demone confacta fuit, thecæ funeralis operculum detrusum, & cadaver cotam omnibus ad templi fores protractum, equoque nigro ad ostium humentienti impositum, ab intuitum oculis cum univerto comitatu evanuit. Vincent. in Speculo hist. l. 25. c. 26. ex Gulielmo.

Isolentes, indigne.

LUDOVICUS Patavinus medicus, Patriarcha Aquilejensis, Cardinalis ob rei bellicae peritiam, & successum ab Eugenio IV. creatus, amplissimi operis parisi, Pontificatus proximus, anno 1465. Romæ obiit. Quo die sepultus est, noctu effracto sepulcro cadaver ejus annulo, & veste spoliatum fuit, non obscuro omine, idem quoque facultatibus ejus eventurum, quas brevi tempore heredes miserè dilapidarunt. Bern. Scardonius l. 2. c. 6. hist. Par.

EXTA MORTUORUM. In genere.

Extremotonia, quæ exta hostiarum, hepatis scilicet, eorum, intestina rimatur, tam impudè quàm videlicet, Anuspicum propria, ab aere inspectione deducto nominat. Ex prodigiorum classibus petantur exempla.

Quorum. Purâ

Homium. Consule Tit. Humanæ victimæ, sub loco Superstitiosis, quatenus ex his Divinationem captant. Brutorum.

Κεφαλαομορτία, asini capite super prunas affato, necesse quibus percutitur tribus. Ab Aegypto videtur profecta. Nam apud Josephum legitur contra Apionem Grammaticum (qui legatione ad Caligulam Imp. functus est) illum Judæos calumniatum esse, quòd in Dei templo caput asini habuerint. Quomodo. Vel Deorata.

Arabes assumpto in cibo draconum corde, vel hepate, ab aribus non secus, atque ab oraculis auguria captant. Volater. lib. 13. c. 4. Antrop.

Extæ, Extispicium.

Extorum inspectio quid portendat. Alex. l. 5. c. 25 exequitur. Sacrificanti pro aede Apollinis Galbæ, aruspex Umbricus tristitia exta pronunciauit: indeque insidias, ac domesticum hostem praedixit. Sueton. l. 9. Corn. Tacit.

Miles quidem Juliano Imp. mortem Constantii Imp. morientis in Cilicia ex extis praedixit. Cusp. A. D. Prudentius in apotheci narrat, Sacerdotem quendam idolis Constantino magno Imperatore eum aliis multis praesente, sacrificantem in medijs sacris exclamasse:

En quid ago? majus: Rex optime, majus Nescio quod nomen nobis intervenit aris. Accitas video longè disperserit umbras. Nil agit arcanum murmur, nil Thessala profane Carmina, turbatos revocat nulla hostia manes. Nescio quid certè subrepsi Christificalarum Hic juvenum —

Dixit, & exanguis conlabitur, ac velut ipsum Cereret exerto minitantem fulmine Christum: Tum tremefacta cohors, dominique oblita, supinas Erigit ad caelum facies, atque invocat Jesum. Aprunculus, orator Gallus, aruspex, inspecto victimæ jecore, Iii 2 Juliano

ROLLO dux Normannorum e Dania in Galliam irum- pentium, dum incerta adhuc spe Neustrig occupanda navigat, per quietem vidit, se elephantia correptum, nitidissimo fonte ad radices ediffimii montis oriente lotum convaluisse. moxque verticem confendisse. Quod audiens quidam Christianorum captivus, ita ei interpretatus est: Elephantia cultus Deorum est, qua laboras: aqua lustrici fontis sacra purificatus, ab imo ad summam opes pervenies. Tandem Christianam religionem professus est, iniciante Francione Episcopo Rothomagenfium, Robertique nomen ei inditum. Polyb. lib. 5. et Emil. l. 3.

MONICA D. Augustinum filium haresi Manichaeorum dementatum noctes, dieisque flebat. Per quietem visa est videri juvenem quandam splendidum a se, regulæ cuidam insistentem, causam meroris querere. Cui illa, Filii se interitum deplorare respondit. Ille verò, Nonne ibi, ubi tu es, filium quodam esse vides? Et illa circumlatis oculis Augustinum eidem regulæ insistentem vidit, coque somno confirmata, de salute filii bene sperare, tanquoque ardentius apud Deum pro illo intercedere cepit, eo quidem eventu, ut tandem ab Ambrosio Mediolanense Episcopo conversus fuerit. Testis ipsemet lib. 3. Confessionum, c. 11.

GENNADIUS Carthagenfis medicus, cum de animarum immortalitate dubitaret, viderentem post mortem, an extinguerentur? viso bis per quietem juvene, qui primo urbem pulcherrimam ei ostendit: deinde postera nocte reversus ab eo petiit, an eum agnosceret? respondit, & nosse se illum, & somnii meminisse. Iterum ab eo interrogatus, ubi ejus corpus esset, & quid ageret. Cum respondisset, in lecto esse, ac dormire, argumento, cui responderi non poterat, didicit, quemadmodum tunc dormiens cernebat per quietem, quamvis clausis oculis corpus in lecto jaceret: ita vita functo homine, crederet ejus spiritus vivere, ac vivere posse, quamvis tumultu clausum corpus maneret. A somno igitur excitatus, hoc oraculo, ut recte crederet, monitus est. Itaque relicta haresi, Catholicae fidei in posterum credidit, quemadmodum Augustinus ad Eradium scribens affirmat. Idem.

QUOMODO. VEL CERTO DIVINANDI CONSILIO CAPANTUR.

Consule Tit. Oraculorum loca.

Antiqui moris fuit, oracula, & futurorum præsentiam, jam quibusdam exhibitis facis per infomnia dare. Mos talis erat, ut victimas cæderent, mox sacrificio perfecto, sub pellibus caesarum ovium incubantes, somnia captarent, eaque sympathica infomnia verifimos exitus sortiri. Alexand. lib. 3. cap. 26.

Nafamones Pæni divinant ad suorum accedentes monumenta, & illic, ubi preces peregunt, indormiant. Ubi quodcumque per quietem infomnium viderunt, eo utuntur. Herod. lib. 4.

Præfes Ciliciz, improbus homo, cum in comitatu suo nonnullos Epicureos haberet, qui præclara scilicet illa naturæ ratione succincti, oculis illudunt: misit in mantem Mopli, tanquam in hosticum, instructum exploratorem liberum. Istabellam habebat consignatam, in qua id, quod quereret, nullo consilio scriptum erat. Cum ille de more pernoctasset in adyto, & sopitus esset, renunciavit posttridie ejusdem infomnium. Visus est ei vii pulcher afflittere, qui locutus est, tantum, Nigrum, neque quicquam præterea: verum extemplo digredi. Quod cum plerisque interfectis: verum extemplo digredi. Quod cum plerisque interfectis: verum extemplo digredi.

Non captantur, sed Missa videntur. Exempla de præcedentibus pleraque, quatenus absque somniantis præcipiti infomnia divinitus mittitur. Sic Anguria quoque, & Auspicia veteres dividebant: quædam quædam essent oblativa, quæ poscuntur: quædam imperativa, quæ optata venient. Socratis familiaris Eudemus Cyprius, in Macedoniam proficiscens, Pheras Theflaliam urbem opulentam, & egregiam, sed Alexandri cuiusdam inhumana tyrannide pressam, venit: illic morbo correptus est tam gravi, ut de vita ejus desperarent medici. Sic afflicto, juvenis eleganti specie

per noctem ad esse visus, tria denunciavit eventura: ut ager mox sanitati restitueretur: ut ejus urbis tyrannus intra paucos dies mortem operetur: ut ipse post quinquennium remearet in patriam. Et prima quidem modo clare, ut annunciata erant evenere: nam ipse præter spem convalescit, & tyrannus ab uxoris suæ fratris trucidatus est: tertium verò obdurius. Quinti enim sub anni finem, dum Eudemus è Sicilia, ubi tunc debebat, in Cyprum reditum expectaret ad Syracusas bello interemptus est. Conjectæ verò sic somnium excussisse legimus, ut dicerent hominem tum demum, cum è corporis vinculis evaderet, in patriam reverti. Petrarca.

IN ANIMATORUM QUORUMVIS INSPECTIO, ADMINISTRATIO.

Divinatio per inanimita: Ut per

Meteora, vel Apparentia. Nempè per Nubium formas.

Nepodiboras, hoc est, nubium persecutores dicuntur, qui quæ multis ignota sunt, ex nubibus significant. Nonnulli enim nubes aspicientes, & maxime quando sole occidente sunt maxime candentes, sex ex iis scire veritatem nugantur: & ex hac quidem nube, quæ columba, quæ Græcè πτεροειδής dicitur, est similis, dicunt πτεροειδής, hoc est, casuum circumstantiam imminere: ex altera, quæ homini ensent intentanti similis est, bellum significant: ex alia, quæ est leoni similis, Imperii negotiorum statum, exercitationemque prædicunt, & alias quædam nugæ Apollineorum instar vatium debacchantur. Theod. Balsamon in Synodum VI. in Trullo.

Cometas. Horum exempla infra sub Portentis, & Ostentis particularibus.

Decidentia. Ut puta ex Fulmine.

MITHRIDATIS Ponti, & Asie regis infantis etiamnum fulmen perfrinxit cunas corpore illato: nisi quod ignis vestigium quoddam in fronte, quam capillus occupabat, ustulata fuit relictum. Iterum postquam in ætatem venit, tactum de celo cubiculum ejus fuisse dormiente, suspensamque pharetram trajecit afflatis jaculis. Unde vires ejus ex ferentariis, & G levibus armaturæ copiis ingentes fore, fulguratores ostendunt. Plerique igitur Bacchum illum ab siderationibus illius, potius quam à vitii affinitate dixerunt. Plut. lib. I. Quæst. Conn. 6.

Nix.

Anno 443. quo Atila Hunnorum rex ad redimendam pacem Theodosium II. Imp. coegit, tanta fuit nivis altitudo, ut tristis cuiusdam prodigii opinionem atulerit. Nam vix sex mensium spatio liquefacta, ingentem hominum, pecudumque multitudinem ipsa rigoris, atque rigoris asperitate necavit. Sign. lib. 13. Imp. occid.

Anno salutis 1512. regina Maria filium edidit Emmanueli regi Lusitaniz patri specie, & forma simillimum, qui Henricus appellatus est. Eodem die quo Princeps hic in lucem editus fuit, Olyppo (in qua quidem urbe propter summam cæli temperiem, monstri simile est partem aliquam nivis intueri) plurima nive conspersa fuit: quod multi sic interpretati sunt, ea nive mentis candorem, vitæ puritatem, & continentiam, virtutis eximiam fecunditatem, que in hoc Principe mirabiliter eluxit, præmonstratam fuisse. Oforius lib. 8. rerum Emmanuelis.

Glacie.

Anno Christi 823. circa solstitium æstivum in Burgundia crusta glacie, longitudine pedum quindecim, latitudine septem, altitudine binorum de celo ruit. Sequuta est dira lues. Aventinus l. 4. Annalium Bojorum A. D.

Ferro.

Ferram massam recremento similem ex aere dedisse in sylvis Neuhorianis prope Grimum, sunt qui affirmant, multorum pondo, adeo ut in locum illum, nec portari propter gravitatem, nec curvi advehi propter loca intra potuerit: paulo ante bellum civile Saxonum, quod inter duces agnatos gestum est. Geor. Agricola l. 8. de Rebus metallis.

AERIS, COELI SERENITATEM.

FERDIN. Catholico Hispaniæ rege in oppido Aragoniæ Solio nato, magna repente serenitas orta est, & sol, qui die toto vix apparuerat, multo clarior, quam solebat, effulsit.

in æthere præterea corona vasis ornata coloribus, & iridi similibus visis est. Quæ signa ostendere videbantur, puerum clarissimum inter homines futurum. Marinius l. 19. rer. Hisp. Tempestatem.

Cum ante mœnia Romana stare Hannibal, jam cum Rom. commissurus prælium, cuius præmium erat futura Romana urbs, maxima secuta est tempestas, quæ duas acies diremit. Reversis Carthaginensibus in castra, Romanis in urbem, mira tranquillitas cum serenitate est exorta. Idem contigit posttridie, cum instructa pugnam ambo exercitus constiterent, signum expectantes. Quæ res in religionem Hannibali venit, tanquam à diis arceretur ab urbe Roma. Itaque moveri inde castra jussit. Livius lib. 26.

Aperitatem.

Ante eadem Jacobi I. Scotorum regis anno 1436. tantum gelu fuit, ut vinum multis in locis concreveret. Cerevisia verò adeo ubique congelata fuit, ut fractis vasibus, conjectaque glacie in cupas, per pondera in tabernis venderetur, nec nisi liquefacta ad carbonem biberetur. H. Boetius lib. 17.

BIGNEM, ΠΥΡΟΜΑΝΤΕΙΑ. EX IGNI VEL INCENDIO.

Incendia Romæ bellum indicantur. Vide Titulum, Bellorum prodigia.

A. VITELLIUS legatus in inferiore Germaniam à Galba missus, ab universis militibus in Colonia Agrippinensi per celeberrimos vicus circumlatus, Imperatore acclamatus ab utriusque Germaniæ legionibus: & consensitque quod ejus caminus incendio flagrare: Bono, inquit, animo estote, nobis hæc flamma illuxit. Culpinianus ex Suetonio.

Incendium regii tabernaculi Ferdinando Hispano victoriam portendit. Vide Omnia victorie.

Ante mortem Alfonso Arelini, ducis Ferrarientis, conflagravit Ferrariæ atrocissimo incendio Prætoria, tot principum domus, tanto civium & concurrentium ad resingendos ignes pavore & strepitu, ut tota civitas rapacissimis, & impotentibus flammis cœfusa crederetur. Verum in summo, inopinatoque periculo, Princeps medias ædes salubri consilio everfis rediis, profcindi jussit. Hoc insultati, crudelisque spectaculi ostentum nequam ad trissem Alphonfus venit, quoniam iam igneus splendor certe læticia eventum prænunciaret. Nec ea opinione deceptus est: nam Renata, Ludovici XII. Galliarum regis filia ex filio Hercule natus, non multo post exoptatum marem peperit. Forcius in Alfonso Arelino.

Sylvaram incendia Caroli V. Insulicem pugnam portendunt. Vide Tit. Expeditionis insula omnia.

Extinctione.

Vide sortes ex Cereis.

TIBERIUS CÆSAR constantius quod ceperat aggrediebatur, si lucubranti ac nullo propellente lumen decideret, & extingueretur: ostentum id fide, fuisseque majoribus in omniducatu expertissimum asserens. Suetonius.

Risu, Crepitu.

Et hæc multiercularum, & puerorum deridicula divinationis species est. Fumo.

Kαυρομαντία, divinatio ex feminum quorundam fumo, & præ aliis est diabolica: nam thymiana, vel suffitum conjunctum habet, quo subjectum quoddam, ac veluti corpus spiritui maligno subministratur. Bodin. lib. 2. de Mon. cap.

AQUAM. ΤΑΡΟΜΑΝΤΕΙΑ.

Tὰ ποταμῶν, variè usurpabatur. Aqua implebatur cyathus, annulusque filo suspensus ex digito librabatur in aquam: atque sic conceptis verbis postulabatur rei quæsite declaratio, vel confirmatio. Si quod proponebatur, verum erat, annulus suo nutu, non impulsus, cyathum feriebatur constitutus ictibus. Vviersus lib. 2. cap. 12.

NUMA, ad quem nullus Dei Propheta, nullus sanctus angelus mittebatur, hydromantiam facere compulsus est: ut in aqua videret imagines Deorum, vel potius ludificationes demonum, à quibus audiret, quid in sacris constituere, atque observare deberet: quod genus divinationis Varro à Persis dicit allatum: quo & ipsum Numam, & postea Pythagoram Philosophum usum fuisse commemorat: ubi adhibito sanguine L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. II.

etiam inferos perhibet sciscitari, & νεπομαντία Græcè dixit vocari: quæ five hydromantia, five necromantia dicitur, & idipsum est, ubi videntur mortui divinate. Augusti. lib. 7. de Civit. Dei. cap. 35.

Apulejus in Apologia de magia, Varronem scribit narrare, Trallibus de eventu Mithridatici belli magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulacrum Mercurii contemplantem, quæ futura erant clx. versibus cecinisse. L. Vviersus in l. 7. Augusti. de Civit. Dei. c. 35.

Serius Magus in aquis turbidis concitato damone, Andronico Comneno Imp. de successore interrogatus, monstravit litteras duas, s, & i. Quibus dum Isacium Comnenum Isaurum designari putat Andronicus, qui paulo ante Cypri tyrannidem invaserat, ab Isacio Angelo, quem ut effeminatum contemnebat, & vitæ, & imperio privatus est. Nicetas l. 2.

In Laconia, non procul à Beotorum finibus, aqua Inus conspicitur. Palus est parva, qua lata est: quo vero subfidit, alte descendens. In cam festo Inus die solenne est panificia porrigere. Ea si demergantur, secunda etiam, qui porrexerit, promitti auturam: contra vero adversa, quoties illa aqua rejecerit. Eandem habere portendi vim dicuntur. Eius montis Crateres. Abiciunt enim in eas homines, cum sigilla argentea & aurea, tum verò cuiusvis generis victimas. Ea si absumserit ignis, lata sibi nuntiari: contra si regesserit, male eventurum ei, à quo illa missa fuerint, interpretantur. Pausanias in Lacon. Bellisario Urbinum obfidente, aqua ex fonte, qui unicus Urbini erat, repente evanesciente, Gothi exterriti, subito deditionem fecerunt, ea conditione, ut, incolumitate accepta, Justiniano stipendia facerent. Sigon. lib. 18. Imp. occid.

TERRAM. EX TERRÆ MOTU.

Vide Tit. Terræ motuum, & Portentorum.

Quo tempore Lyfimachus intulit Heraclensibus bellum in Hellefponi, & Cherfonesi regionibus terra adeo horrendè mota est, ut Lyfimachia urbs altero, & vigesimo anno ab eo, quo condita fuerat, magna ex parte conciderit. Fuitque prodigium illud Lyfimacho, & ejus stirpi paulo post interitura, ac malorum omnium, quæ deinceps secuta sunt. Seb. l. 8. Ennead. 4.

Anno 1520. Imperatore in Saxoniam descendente, & ministris ab ejus se communionem retrahentibus, transit in Franciam. Tum verò terra mirabiliter intremuit. Mensis Junio. In diocesi Treverensi glacies tantæ magnitudinis decidit, ut ædificia subruerent. In Halberstadensi autem gradum decem villarum fruges, & pecora perdidit. Crantzium lib. 5. Saxonie, cap. 40.

LAPIDES. EX LAPIDUM IMAGINIBUS.

Αδομαντία, vel Κρυσταδομαντία. Ex crystallis fabricatis, atque expolitis, altissimus diabolus (qui ibi ut in plerisque aliis indurus speciem materiæ alterius delibescit) per depictas notas, atque figuras, eventus rerum quæstatarum, quasi vaticinans, suis Magis renunciat.

Pondere.

In Eubuleu anum fatidicam, quæ ex lapidis pondere futura prædicebat, Antiphili Epigramma est, in primo epigrammatum Græcorum.

Ἐυβούλειον ἀνὸν φαιδίκην, ἢν αἰ κωνὴ δῶκεν ἰόν, Φοῖβον ἀπὸ ποδῶν μαύρων ἀνα γῆλον. Χρῆσαι χρυσῶνα. ἢ ἴσθι βραχίον, ἢ ἰνα μῆλον ἠδὲν ἄδ' ἴδρα, κρησσοποι ἀντικων. Ἀνὸν δὲ πρὸς ἄνθρωπον αἰ σῆλον, ἢ ποδ' ἀντικων, Φοῖβον πᾶ ἀντικων γῆλον ἀντικων. GEMMAS.

Adriano Adams donatus à Trajano Imp. omen fecit Imperii. Cuspini. A. D.

SIMULACRA, STATUS, IMAGINES.

Narrat Philo, fuisse Amori hæis septem simulacra aurea, quas vocabant Nymphas sanctas: quæ invocatz ostendebant Amorthæis per singulas horas opera eorum. Nomina habuere septem mulierum, quæ fuerunt uxores septem virorum peccatorum, qui cas consecraverunt post diluvium, videlicet Chanaan, Phur, Selath, Nembroth, Abirion, Elats, Desuat.

In Atabyrio Rhodi promontorio ænæ boves fuere, quæ mugitu suo res magnas portendere solebant. Pindari Scholiastes.

Statua Julii Cæsaris ad Orientem conversa sub Galba Vef-

A pafiano in Judæa abfenti regnum portendit. Sueton.

Statua M. Antonii sudore per multos dies manans, bellum civile inter Octavianum, & ipsum indicavit. Plutarch. in Antonio Appianus, & Sabe II. lib. 9. En. 6.

THEODORICI Gothorum regis ftatua Neapoli in foro pofita, cum ejus caput, fuperftite adhuc Theodorico, detrepente defluxiffet, & fua fponfe, foluta lapillorum compage, & mortem ejus, & pofterorum fuffeiffus demonftravit. Procop. lib. 1. de bello Gotborum.

Diffidentibus inter fe Andronico feniore, & Andronico ex filio nepote Imp. columna, quæ ante orientalem arcem ftabat, in qua Conftantini Byfanti conditoris imaginem olim fuiffe fama erat, ante multos dies & ipfa commoveri cepit: quæ agitato per complures dies duravit, omnibus ad fpectaculum concurrentibus. Gregori lib. 8.

Cùm ex Vintonenfi, & Vigornienfi collegio Sacerdotes, qui fuas uxores retinuerant, auctoritate pontificia à monachis eieciiffent: illi verò de repetendis agerent: caufa iudicibus delata eft. Qui cum Vintoniæ in monachorum conclavi majori ex parte decernerent, presbyteros ad honores priſtinos reſtituendos eſſe, ecce subito vox audita eſt, Non bene ſentiant, qui presbyteris favent. Et cum imago Chriſti de cruce pendens ibidem viſa eſſet, eam reddiſſe vocem, ita fides habita eſt oraculo, ut presbyteri caufa ceciderint, & monachi parta retinuerint. Polyd. lib. 8.

PAULI ftatua auro exornata, & in S. Quadrageſimæ reſpoſita, lachrymas profundens, Andronico Commeno exitum denotavit. Neque enim multo poſt pedibus ſuſpenſus inter horribiles cruciatuſ expiravit. Nicetas lib. 2.

Aaron magus ob ſimulacrum teſtudinis, cui imago inerat hominis, pedes in compedibus, & peſtus clavo tranſiungit habentis, excæcatus ſub Manuele Commeno Imp. Nicetas lib. 4.

In Gadibus eſt lapis antiquus in margine maris, opere Saraceno optime ſculptus, ſuper tranſitu, deorfum latus, & quadratus, ſurſum ſtriſtus, & tantæ altitudinis, quantum ſolet volare corvus in ſublime: ſuper quem elevata eſt ſtatua hominis orichalcea, in pedes erecta, faciem habens verſus meridiem, & clavam ingentem dextra manu tenens. Quæ clavis C ut tradunt Saraceni, de manu ejus cadet, anno quo rex futurus in Gallia natus fuerit, qui totam Hiſpaniam Chriſtianiſ legibus in noviffimis temporibus ſubjugabit; moxque ut viderint Saraceni clavam lapſam: gazis ſuis in terra poſitis, omnes fugient. Tradunt Saraceni, quòd idolum illud Mahomet, dum adhuc viveret, fabricavit: & quandam legionem dæmonum arte magica eò alligavit, quæ tam fortiter id obtineat, ut à nullo unquam frangi poterit: nec Chriſtianiſ fine periculo accedere patiatur, ſed ſolos Mahumetanos, & aves ei infidentes ſubito enecat. Turpinus Rhenenſis apud Erfordienſem c. 68.

Apud Septentrionales, Biarros, Lappos, Bothnicos, Finones, divinationis magice ſpecies frequens eſt hujusmodi. Conclave ingreditur magus, uno comite, uxoreque contentus: ranam anciam, aut ſerpentem malleo ſuper incude certis ictibus percutit, carminumque murmure hinc inde revolvit: continuoque cadens in extaſin rapitur, jacetque brevi tempore ut mortuus. Interea diligentiffimè à prædicto comite, ne culex, muſca, aliudve animal cum contingat, cuſtoditur. Ad reſerſus, annulum, vel cultellum teſtimonium expedite D legationis offendet, & quid agatur, certis indiciiſ conductori ſuo declarat. Olavi lib. 5. c. 17.

In acie Perlini de ſtatua Mauricii Saxonie ducis caput ſua ſponte avulſum eſt. Ipſe non multo poſt in acie contra Albertum Brandeburgicum caſus anno Sal. 1553. Georg. Fabricius in Miſnitiacis.

Malabares Indi annum à Septembri menſe inchoant, ſed diem certum, unde menſem incipiunt, non habent. Aſtrogos, & augures primùm conſulunt, & ab hora, quam illi fauſtam, atque felicem fore prænuntiant, anni principium aſſiſcant. Qui jam decimum quintum annum exceſſere, faciem eò die involvunt, & oculos obtegunt, ne quidquam aſpiciant. Deinde à pueris in ſana deducuntur, in quibus varia deorum ſigna ſunt. Ibi detractis oculorum involveris, aſpectum in reſ oppoſitas repente conſpiciunt. Quòd ſi ſimulacrum dei illius, quem præcipue colunt, ante reſ alias contuerentur, illum annum ſibi lauſtum fore conſidunt. Oſorius lib. 1. verum Emmanuelis.

TALOS, ASTROLOGOS.

De bis ſub loco Sortium. CHARACTERES, IMAGINES, Números.

De iſdem quoque ſub loco Sortium. NUMMOS.

Servilia familia illuſtris in falſis Romanis tricentem greum paſcit auro & argento, conſumentem utrumque. Origo atque natura ejus incomperata eſt mihi. Verba ipſa de eare Meſſala ſenis ponam: Serviliorum familia habet tricentem ſacrum, cui ſumma cum cura, magnificentiæque ſacra quotannis faciunt quem ſerunt, alias creviſſe, alias decreviſſe videri, & ex eo aut honorem, aut diminutionem familie ſignificari. Plinius lib. 34. cap. 13.

ANNULOS.

Διακρινόμενα appellatur, quando ex annulis ad certos cæli poſitus fabrefactis, vel diabolicò ritu conſecratis, divinant malefici. Quidam annulum eadem religione ſacrum heroi obulerat viginti coronatis venum, cui ſelicem virtutis, ut felicem conſequeretur eventum in quocunque luſus genere, quandiu hunc comportaret. Cujus rei ut faceret periculum, aſſumpto annulo luſit, & quidem fortuna annuente, benignaque. Quo ſucceſſu illeſtus coronatus numerat, reditque ad conſuetæ negotiationis exercitium, & luſum, ac perdidit duplo plus quam antea lucrificerat. Ptolemy lib. 2. cap. 12.

Polycrati Samiorum tyranno annulus, quem in mare proſecerat, in ventre piſcis reperitus, ſummæ ſui calamitati nunciatus. Teſte Herodoto.

NERONI auſpicanti Sportus annulum muneri obtulit: cujus gemmæ ſculptura erat, Proſerpina raptus. Votorum nuncupatione magna jam ordinum frequentia vix repetæ Capitoliæ claves. Cùm ex oratione ejus, qua in vindicem, qui in Gallia deſecerat, perorabat, recitaretur in Senatu, daturus penas ſcæleratos, ac brevi dignum exitum facturos, conclamatum eſt ab univerſis: Tu facies, Auguſte. Obſervatum etiam fuerat, noviffimam fabulam canatiſ cum publicè Oedipodem exulem, atque in hoc decidiſſe verſu:

Θαυρόν μ' ἀνὴρ σὺν γαμοῖς, μῦθος, μῦθος. Suetonius in Nerone.

In munitione oppidi, quod Sergius Galba ad opprimendum G Nerone ſedem bello delegerat, reperitus eſt annulus operi antiquo ſculptura gemmæ, victoriam cum trophæo exprimente. Suetonius.

EDUARDO III. Anglorum regi annulus, quem pauperi olim elemoſynæ loco obſtulerat, redditus, moris ſecit omen. Paulo poſt enim morbo affectus, per quietem à Deo Opt. Max. illud ipſum edoctus animam cælo reddidit. Polyd. lib. 8.

ANNULOS, Lotharingi Princeps, eum relicto dominatu Chriſto in ſolitudine ſervavit, annulum ſuum in fluvium Moſellam abjecerat, tunc fe pro delictis Deo ſatisfeciffie crediturus, cum ille reperitus ſibi redderetur. Metenſis poſteâ Epifcopus electus, cum diu Eccleſiam optime rexiſſet, allatus eſt ei piſcis, in cujus inteſtiniſ inventus eſt ipſius annulus. Pro quo Deo gratias egit, epifcopatuque dimiſſo, æternum repetit, ibique obiit. Marul. lib. 4. cap. 10. & lib. 2. cap. 12. In Fulgoſus lib. 6. cap. 9.

ATTILANUS, Zamorenſis Epifcopus per decem annos in Hiſpania, peregrinatione ſancta criminum commiſſorum veniam impetraturus, redditus epifcopatus annuoſ pauperibus erogandos commiſſi, & itineri fe accinxit. Cùm veniſſet ad pontem propè templum Sancti Laurentii, annulum, quem digito geſtabat, de ponte projecit in flumen, ſic dicens: quando annulum hunc recepero, tunc ab omnipotenti Deo delictorum meorum veniam promeror. Inde autem diſcedens, cum uno comite quem plurimum diligebat, ad eò ſeſtinavit, ut eum deſatigatum reliquerit in itinere. Solus itaque fe panis induit quàm viliffimis, adeo ut à nemine cognofci poſſet, & duos annos elemoſynis vixit. Quem tandem vox in ſomnis audita divinitus ſe admonuit: Attilane, jam tunc ad pontificatum perge, tue enim exaudivit ſunt preces. Ipſeque, præcepto audito, fe itineri accinxit. Venit itaque noctu ad eremum, quæ ſancti Vincentii de Cornu vocabatur, & convincta ſancto ſepulchro, ubi quædam muliercula, cum marito ſuo illum in parva domo receperunt, eique cenam non lautam dederunt. Manè autem maritus, & uxor pro piſcibus ad Epifcopi domum vadunt, ut antea conſueverant, & Attilanum rogant, ut interim domum cuſtodiat. Illis ergo dantur piſces, ſed

ſed quia obliſ fuerant hoſpitiſ, quem domi reliquerant, reſerſi pro eo acceperunt piſcem majoris ponderis. Eos piſces Attilanum rogant, ut præparet, donec ipſa pro aqua, & maritus pro igne vadunt: quibus Attilanus reſpondit obſequenter. Cùmque majorem piſcem accepiſſet, dum ejus viſcera exenterat, annulum, quem à ponte dejecerat, invenit. Tunc repente pronus, & genibus flexis Deo gratias egit, continuo ſponte capanz ſonitum dederit, & magna totius civitatis admittatio orta eſt. Cives per omnes domos, & hoſpitiæ, atque hoſpitales perquirunt, ſed nihil inveniunt. Cùm eſſent itaque omnes ſoliciti tandem vir quidam procurator rei familiaris Epifcopi, meminit de viro quodam, quem muliercula ſibi dixerat hoſpitium apud fe, neſcius cujus dignitatis eſſet. Omnes illic concurrunt ſacerdotes, & tota civitas. Attilanus autem veſte non pretioſa, neque nova, ſed vili, atque dericta inventus eſt, Deo gratias agens. Quapropter omnes ei gratulantes, & Deo gratias agentes, cum magno gaudio reduxerunt in civitatem: qui poſteâ vixit annis circiter octo, ſanctis ſemper operibus incumbens. Quem vita ſanctum Urbani Pp. in ſandorum numerum aggregavit, anno milleſimo ſecundo. Marul. I. ſermon III. pan.

LIBROS.

MIFFUS fuerat ad Roſos à Baſilio Macedone Pontificum princeps, ut eos Chriſto adduceret. Proceres ejus gentis cum principe, & univerſo populo Pontificem in concilium eorum vocatum interrogant. Quidam eos ducturos eſſet? Proſert Epifcopus ſacrum Evangelii librum, & quædam miracula exponit à Chriſto edita. Ibi Roſus negare, fe aut ſuoſ ipſiſ filiiſ ullo modo habituros, niſi aliquid horum, præſertim ſervatorum in flagranti camino, tunc puerorum, ſimile vidiſſent. Ad hæc Pontifex: Tameſi, inquit, Deum tentari ſas non ſit, tamen ſi ex animo ſtautiſſis ad Deum vos conſerre, poſtulate quod vultis. Ii conſeſſim poſtularunt, ut codex Evangelii in rogum ſuccenſum mitteretur: promittentes fe, eo incolumi manente, Deo quem ipſe prædicaret, nomen daturus. Accepta conditione, Pontifex orationem ad Deum convertit, orans Jeſum, ut ſui nominis gloriam affereret. Coniicitur liber in caminum. Caminus per multas horas ardens tandem extinguitur: liber vero incolumis illuſuſque omnino reperitur. Quo miraculo permoti barbari, omni dubitatione abjecta, ad baptiſmum conſugerunt. Ced. In Zonaras Tomo 3.

EDIFICIA, MUROS.

CLOPOTUS everſo Alarico Veſtgothorum rege Ariano, ſubacta Burdeſala, Engoliſmum acceſſit, ac muris ſub adventu ejus ſponte ſua labentibus, haud religione intaſtus urbem fine ullo negotio occupavit. Sigon. Imp. Occid. I. 16.

SPECULA, VITRA.

TALOMANTIA, non voce, ſed piſcituris reſponſa expediebat. Collocabantur vaſa vitrea, rotunda, aquis conſerta limpidiſſiſſiſ, & circum collocabantur accenſi ceti: cùmque evocatio dæmonis ſecreto murmure ſinita, & quæſtio relata eſſet, adhibebatur puer impollutus, aut mulier prægnans, quæ vitra ſtudioſe, accurateque intueretur, ac circumſpiceret, rogaretque, imperaret, & flagitaret reſponſa. Ea tandem imaginibus aquæ impreſſis, & per vitra perlicida reſidentibus diabolus oſtendebat.

Κατοπτρομαντία, ex nitidis, terſiſque divinat ſpeculis, in quibus propolitarum rerum imagines eſſictæ, redditæve à diabolo fulgent. Ea uſus eſt Didius Julianus Imperator: & pleraque fatanz moniui prævidiſſe, quæ acciderunt, ſcribitur. Idem.

Apud Achivos ante Cereris templum ſpeculum fuit perdediſ, in quo ægri, peractis prius ſanctiſ de more ejus loci, vel certam ſanctatem, vel certiffimam mortem ex oſtententibus ſeſe in ſpeculo imaginibus intuebantur. Næſtalis Comes in præſatione libri 9. Myſbol.

FARINAM.

Αλευρομαντία, vel αλευρομαντία extat apud ſamblicum. CRIBRUM. ΚΟΚΙΝΟΜΑΝΤΕΙΑ.

Cribriſ ſaltatio à veteribus paſſim uſurpata, ut apud Lucianum legitur: unde proverbium, κοκκινωμαντίζεις, & nomen divi κοκκινωμαντιſ (quaſi cribrovatem dixeris) apud Theocritum.

Εἶπε δὲ ἑρμῆς ἀλαδία κοκκινωμαντιſ. Memini me Lutetia ante annos xxx. in domo clariffima, inquit Bodinus, videre adoleſcentem, qui intaſtus cribrum, ſine alio naturali, aut latente modo, præſentibus multis honeſtiſ viris agitavit, enuntiat ſolummodo, & reiteratiſ ſapius vocaliſ aliquot Galliciſ, quas præſtat reticere. Hinc autem

malignum ſpiritum aduſſe eo demonſtratur, quod eo abſente alter id ipſum enuntiat iſdem vocabiſ tentavit facere, E nec efficit quicquam. Bodinus.

Cribrò forcipi impoſito, & forcipe binis tantum apprehenſo, atque elevato digitis, itidemque præſatis precibus, & ſuſpectorum de crimine nominibus recitatis: quocunque nominato cribrum vel tremit, vel nutat, vel volutat, eum reum ſtaunt: At, quam verè, teſtatur omniſ dæmonum veritas. Conſtat Magum quendam ab alio Mago apud Ribemontenſes detectum, & vel nolentem adductum. Idem.

PELVIM.

Διαμαντίζεις deſcribit Peſellus, & eam fuiſſe in uſu apud Aſſyrios ait: ſed & Chaldaicis, & Aegyptiſ familiaris fuit. Ea etiam num hodie utuntur Turcæ, licet nonnihil diverſa. In pelvima aqua repletam imponebantur auræ, & argenteæ laminæ, lapideſque precioſiſ characteribus certis ſignati: & poſtquam conſucta eſſent prolata verba, quibus dæmon exciebat, proponebatur quæſtio. Tunc primo quidem ſonitus tenuiſ abſque voce audiebat, qui ſignum erat ingredientis dæmonis: poſt aqua inundante, voces exiles ex ea emergent, quibus ad quæſtionem reſpondebatur: at opera data, exiles admodum, ne mendaciſ coargui poſſet dæmonium in hiſ, F quæ non noverat.

Jannes præceptor Theophili Imperatoriſ ſolebat pelvis vaticinio, & præſigiſ futura prædicere. Cedrenus.

FISCELLAM.

EULALIUS Monachus criminis olim ſuſpectus, ut innocentiam probaret, jubente Abbate, fiſcellam, quam de palmiſ ſoliſ ipſe texuerat, igni impoſuit, atque ubi à flammis eam laedi non poſſe animadvertum eſt, non ſolum omni ſuſpicionem fuit abſolutus, verum etiam ob miraculum venerationi haberi à fratribus cepit. Cæterum ſe in celebritate eſſe indignè ferens procul inde ſeceſſit in deſertum: maluitque in ſpeculicis cum feris habitare, quam in monaſterio ab omnibus honorari. Marul. I. c. 4.

VIRGAS, PABDOMANTEIA.

Sunt apud Scythas permulti vates, & artioli, qui virgiiſ ſalſignis divinant ad hunc modum. Grandes virgarum ſiſces, humi poſitas, diſſolvunt, ac ſeparatim ponunt ſingulas: hinc viceverſa virgas prehendant, ac ruſus ſigillatim componunt. Enariſ verò, qui ſunt androgyni, ajunt ſibi à Venere traditam divinationem talem. Tiliam ubi quis triſariam ſciderit, digitis ſuis eam implicando, ac reſolvendo vaticinat. Horum G tres maxime probatos accerſit rex, quoties ægrotaſ: Cui iſti ſemper ſerè dicunt, hunc aut illum civem (nominant autem hominem, de quo loquuntur) peſtaſſe, jurantem per regium ſolum, cum maximum volunt interponere juſurgendum. Protinus iſ, quem dixerit peſtaſſe, adductus coarguitur ſcientia divinandi, tanquam compertus falſo deſerſſe per regium ſolum, & ob id regem ægrotaſ. Si ille fe neget peſtaſſe, rex duplo numero vaticinos accerſit. Qui iſpecta divinandi ratione, ſi & ipſi hominem perjurii convincerit, ſine mora capite hominem pleſtunt, ejuſque ſcalitates inter fe partiuntur primi vates. Si verò illi, qui ſecundo loco vocati ſunt vates, hominem abſolverint, alii, atque alii præſto ſunt. Quorum ſi plures abſolverint, priores illos hunc in modum necant. Plauſtrum conſecratum ubi farmentis referentur, bobuſque junxerunt, vates pedibus implicatiſ, & manibus poſt tergum revinctiſ, atque ore obſtructo, extendendo in medium farmentorum: incenſiſque farmentis, terrendo agitant boves. Quorum boum multi cum vaticiniſ conſecrantur: multi ambuſti, cremato plauſtri temone, auſurgunt. Quos morte rex afficit, eorum ne liberos quidem reliquit, ſed u- H niverſos mares interficit, ſeminiſ nihil laſis. Herod. I. 4.

ARMA, SECURIM, GLADIUM.

Αενομαντία, ad perſtringendos, atque detegendos occultoſ ſcælerum auctores, & reſ alias obſcuras manifeſtandas, Magi utuntur. Hanc ſecuriſ perſciant rotundo palo infixæ, aptataque ad normam, & cum præſatione, ordine enumeratiſ ſuſpectorum nominibus. Ad cujus vero mentionem ſecuriſ vel levi impuſſu fe circumagit, aut nutat, eum culpæ reum peragunt.

Sacer Martiſ gladius apud Scytharum Reges olim ſervari ſolebat, quo quicunque potiretur, ei regnum ſperare ſas erat. Paſtor quidam, cum buculam claudicantem oſtendiſſet, vulneris cauſam ſerutatus, enſem invenit, quem incauta beſtia forte calcaverat. Eſtoſtum ad Attilam Hunnorum regem detulit: Quo ille accepto: omnium gentium dominum ſe perbrevit futurum ariolatus eſt. Bonfin. I. 3. Dec. 1. ex Priſto.

EPHOD.

Iſraelitarum ſummi pontifices ex Ephod, quod in peſtore geſta-

refeditet, primo conspectu ad suos repente conversus: Jam res ipsa conficitur, inquit, jam viri opus incuit, mox repetito auspicio lymphatica voce exiit, clamitans: Vincis Caesar. Ea res cum stuporem astantibus incussisset, detractam ille capite coronam non prius repositurum juravit, quam res artificiose pervenisse strepitum ait duarum acierum ex adverso confligentium ad auguris sensum in Patavinis montibus sedentis: auspicis ob id affirmare, aut mundanam machinam brevissimum iri, aut Caesarem cum Pompejo conflixisse. *Sab. lib. 7. En. 6. ex Gellio. 15. c. 18.*

Cum a Domitiano Antonius descivisset, atque ingens bellum in expectatione esset a Germania: urbe confternata, repente, & sine auctore populus ex sese famam distulit Victoriam, ac sermo Romam pervagatus est, interfectum esse Antonium, exercitusque ejus strati nullam partem superasse. Fuit autem tam certa fides, & flagrans, ut magna pars magistratum facificaret. Cum vero auctor rumoris quzeretur, nec extaret ullus, sed ab alio ad alium rejectus refergeret sermo, & demeritum denique in multitudinem immensam velut in vastum pelagus ex nulla certa processisse origine apparuit: hanc quidem fama propere effluxit urbe. Ceterum educenti legiones ad bellum Domitiano, nuncios. & literas jam in itinere victoriam significantes occurrere. Hujus trophaei, & famae unius fuit dies, locis plus duo millia quingenta millaria distans. *Plut. in Emilio.*

JOANNES Monachus Aegyptius, sanctitate clarus, praeter quae de futuris victoriis, & aliis rebus Theodosium praemonuerat, Hieronymo quoque, quemadmodum ipse testatur, affirmavit, eo die, quo Hieronymus cum alloquebatur, Alexandriam perlatum esse nuncium, de Theodosio contra Eugenium victoria, quae profus ignorabatur: neque de ea adhuc aliud homines suspicabantur. Quae res ita contigit inventa est, ut ipse tunc praedixerat. *Fulg. lib. 1. c. 6.*

JOANNES Palaeologus Constantinopolitanus Imp. Uladislau Hungariae regem, qui Turcarum exercitum ad montem Hemum duce Corvino non ita pridem profugiarat, per legatos ad persequendum bellum cohortatus, ut facilius perveniret, orationi miraculum adjecit, eo, quo Carambus Bafseus Turca, & Amurathis affinis capus est, die, Constantinopoli, ad portam Macedonicam, visum esse juvenem candidatum, equo insidentem, gestienti circum latitia discursare, C nuntiare Turcarum cladem, & in eundem in dirae gentis exitium expeditionis admonere. *Bonfin. l. 6. Dec. 3.*

AIDANUS Scotorum rex in Northumbria contra Brudeum Pictorum, & Edelfredum Saxonem pugnabat. Columba Abbas monasterii Colurnaceli in Jona insula, ex ipsa hora priorum coetum ad preces pro pio rege contra perfidos hostes fundendas hortatus: mox victorem Aidanum esse laeto vultu affirmavit, & ad gratias nuntiam agendas imperavit. *H. Boetius lib. 9.*

Quo die Robertus I. Scotorum rex, Eduardus II. Anglum ad fl. Bannasborn vicin. Eques quidam fulgentibus armis Aberdoniam transiens, victoriam Scotorum maximam nuntiavit: idemque visus est Pictorum Bosphorum equo trajecisse. Vulgo autem habitus fuit D. Magnus, Orcadens quondam princeps. Robertus fama rei illius motus, Orcadens templum quinque libris Sterlingis ex portoriis, & vestigialibus Aberdonensis oppidi quotannis recipiendis donavit, ad panem, vinum, ceramque facris faciendis comparanda. *H. Boet. l. 14.*

Itali, suavis Victoris Papae, & promissione condonationis omnium peccatorum facta omnibus sub vexillo S. Petri militibus, Africam infectis signis ingressi, centum millia Saracenorum occiderunt, atque eorum praecipuam urbem expugnatam everterunt: quae quidem victoria eodem die, quo parata erat, in Italia nuntiata est. *Cron. Cassin. l. 3. c. 70.*

ULADISLAVUS Jagello Polonorum rex, Svirigerlonem fratrem rebellem ad Moravam fluvium magna strage affecit. Abest locus ille praesertim a Leopoli non minus quadraginta miliaribus bene longis: & tamen, quo die haec gesta sunt, hoc est, ultimo Novembris: cum rex in templo, ubi tunc totos dies transigebat, divinam opem sedulus imploraret, non ignarus, cum quam gravibus, & insidiosis hostibus exercitui suo res esset, rumor de victoria sparsus totam urbem implevit. Nec auctor ejus rumoris inveniri potuit, ita ut vana latitia exultasse homines viderentur. Postero deinde die certo nuncio res omnis, ut gesta erat, cognita est: gratiaque ad Deo, ac dona a rege missa militibus. *Cromerus l. 20.*

Apud Florentinos (quo die Aretinus populus in Campaldini campis superatus fuit) cum urbanus magistratus pene-

quem imperium est, nocturnis vigiliis defensus, per meridiem quiesceret, clare fulsantium ad ostia strepitum audivit, qui praesertim victos Aretinos nuntiaverunt. Excitatus hoc nuncio magistratus, cum propter rei magnitudinem a tota urbe ad praetorium fieret concursus, nunquam victoria, qua nuntiata erat, auctor est inventus: neque ante de prospera pugna literae Florentiam, quam nocte, quo eam secuta est diem, allatae fuere; neque enim loci intervallum affertit celeritas humana ope permittebat. *Fulg. l. 1. c. 6. Exemp.*

MAGDALENA CRUCIA Hispana monacha, quo die Franciscus I. Gallorum rex ad Papiam captus est, & Roma ab Auriantio expugnata, per Sathanae indicium rescivit. *Cassiodori Renii acraama.*

Abionum, & Passorum humanarum quarumlibet.

EZECHIEL Propheta, in Chaldaea videbat ea, quae Hierosolymis in templo fiebant. *Vide Tit. Prophetarum.*

ACHIAS Hieroboam regis uxorem, ad se mutato habitu venientem spiritu prophético agnovit, & corripuit. *3. Reg. 14.*

ARCADES duo Megaram venerant. Alter, qui apud amicum diverterat, alterum a caupone noctu in petiitum, suumque implorantem auxilium in somnis vidit. *Val. Max. lib. 1. c. 7. ex Cic. l. 1. de Divin.*

L. LENTULUS litus praeternavigans, in quo Cn. Pompeii magni perfidia Ptolomaei regis interempti, corpus conficis scaphae lignis comburebatur, ignarus casus ejus, cum ipsi fortunae erubescendum rogem vidisset, commilitonibus dixit, Quid scimus an in hac flamma Cn. Pompejus cremetur? Divinitus missae vocis miraculum est. *Val. Max. l. 1. c. 8.*

APOLLONIUS Tyaneus Magus in Epheso cum disputaret, animo penè abalienatus, intensisque oculis, tanquam si in praesenti fuisset, sepius dixit: Percute peccatorem, Stephane, percutite. Postremo quidam addidit: Mortuus est tyranus. Qui cum magna omnium, qui aderant, admiratione audisset, postea acceptum est, eadem die, atque ipse hora momento, Romae occisum fuisse Domitianum Augustum, ab homine, cui nomen Stephano erat: sicuti tunc Apollonius declaraverat. *Fulg. l. 1. c. 6. & Xiphilini in Domitiano.*

JAMBELICUS philosophus Pythagoricus, cum quondam de suburbano sacrificio rediret cum suis discipulis, ac de sacris loqueretur, extemplo abrupto sermone: Divertamus, inquit, alia via, quando haec est, uti sentio, polluta funere, nescio quo. Pars ergo cum secuta, pars autem caepo itinere peregrae perseverans, obviam vespillonibus habuit, quia defuncti cadaverem revertentur. *Eunapius.*

NICEPHORUS Patriarcha, cum in exilium a Leone Armenio Imperatore relegatus, abduceretur: Theophanes confessor monasterii magni Agri praefectus, cum navigio praeterehendi, divino instinctu sentiens, cum in parte praedii quondam ipse ageret, sufflari & cereis profectus est. Sed & Nicephorus intentis manibus vicissim Theophanem salutavit, flexisque genibus summè veneratus benedixit: cum quidem neuter alterum videret, sed acie spiritus mutuo sese cernentes, dignum invicem honorem exhibuerunt. Et cum quidam una navigantium quareret, quemnam ita manibus in sublime elevatis salutaret: Sanctissimum, respondit, Theophanem confessorem, & Agri praepositum, qui nos facibus, & sufflari excepit. Neque multo post, exiit veram praedictionem ostendit. Nam mox cum multis aliis Theophanes quoque Ecclesiae egressus, infinitisque vexatus modis, confessionis coronam deportavit: neque ei datum est patriarcham potèrè videre, ne ejus vel hac in parte falleret vaticinium. *Cedrenus.*

D. BENEDICTUS Abbas, Totilam regem dissimulato habitu ad se venientem, facile inter reliquos comites agnovit, & H prodire iussit, eventum victoriae, cladis denique, & mortis praedixit.

Praefectus monasterio S. Diomedis Megalopoli Basilium Macedonem, puelum, cum matre in vestibulo adium dormientem, in somnis regem fore didicit. Apparens enim ei S. Martyr, iussit, ut foris dormientem in vestibulo regem intromitteret. Experiretque diaconus, & extra portas tempore profectus, Basilium adolescentulum reperit dormientem, & somnium inane phantasma existimavit. At somno se iterum dedens, fuit iterum, atque tertio admonitus, ut regem introduceret. Quare excitatum Basilium introduxit in templum, & necessaria ei subministravit. Jam cum somnium illud diaconus affinis narraisset, & hic per alium ipsi Basilio, iurejurando eum adegerunt, ut hujus beneficii, regno positus, memoret. *Zonaras, & Cedrenus.*

Eodem die, quo apud Claromontem Sacrum bellum indidum est ab Urbano Pontifice, in Gallis, fama decreti bellique

usque ad extremas terras pervenit. *Sabellius libro 3. Ennea. A. dis 9.*

EMERATUS, Stephani regis Hungarorum filius, adolescens D. Martini monachorum castitatem agnoscent, oscula disparia eis impertivit, Causam rogatus a patre, Pro continentia (inquit) modo, qualem dedi septena perpetuae castitatis cultoribus. *Bonfin. lib. 1. Dec. 2.*

Puella lunatica sub Michaelae Curopalate Rancabe Imper. duos viros, qui imperio potituri essent rejecto Michaelae, in arcem ascendentes vidit, & eorum alterum mulo insidentem imperium occupaturum, nomenque Leonis Armenii ipsi esse, expressè indicavit. *Cedrenus, & Zonaras tom. 3.*

ADELBERTUS, secundus Pragenis Episcopus, quod Boemi monita sacra contemnerent, Roman cum paucis profectus, a Pontifice impetravit, ut Boemos jugum Christi palam excutientes, diris devoveret. Boemi eo facto offensi fratres ejus germanos quinque numero, per risam de industria excitatam interfecerunt. Adelbertus, cum eo forte die, quo fratrum occisorem exequi in Boemia celebrabantur, solenne sacrum Romae, Pontifice Romano praesente faceret, seque, ut fieri solet, post calice sublevationem, ad silentium, vita

functorum memoriae dedicatum, tacitus componeret, & amplius duas horas, haud fecit, quam stipes arae affixus stetit immotus, & ob tam insolentem moram a Pontifice correptus, respondit: Se interea in Boemia excivissit fratrum suorum interfuisset, ac dum Romam ad rem divinam peragendam redire festinat, alteram è duabus chirothecam, ad seferetum reliquisset Pontificem, qui mira praedicta de Adelberto audiverat, comperito rem ita se habere, & chirothecam relatum alteri, quem retinebatur, plane responderet, in admirationem versus, Adalbertum cenobio S. Alexii accuratè commendavit. *Dubravius l. 6.*

Qua hora creatus est Pontifex Romae, Pius II. eadem Laudoniae forori Corfiniani est nuntiatum, octoginta millibus passuum spatio: nec visus amplius, qui nuntiaverat. *Campanus in ejus vita.*

Damsi, Infortunii cuiuslibet. ZOSIMAS Monachus Palaestinus, quamvis procul abesset Antiochia, ejus tamen septimo Iustini senioris anno terramoto concussa fragorem divinitus sensit, Deoque supplicavit. *Evagrius lib. 4. c. 7.*

SOSIPATRA Alexandrina mulier, quodam tempore coacta familiarium coetum, disceptatione orta de anima, dum furore quodam divino incitata rapitur, repente voce velut rescissa obmutuit, & mox coepit exclamare: Confortus meus Philometer curru invehctus loco salebroso eversus est, cubitum oblatus, manufque habet faucias, ferturque cella, & quidam quæritans. Veritatem dicti res ipsa paulò post cognita confirmavit: *Eunapius in Adelfo.*

Nuper in Vespulino meo (inquit *Alexander ab Alexandro lib. 1. c. 11.*) familiaris meus quensiam fuit, homo aliqui exigue fortis, obscurus, & ignis, sed tamen spectatae fidei, & exempli recti, qui ovium greges custodire solitus, cum esset gravior annis, & valetudine non bona, eam curam unico, quem habebat, filio delegarat. Accidit, dum procul a stabulo ipse, & filius sub parvulo late noctu decubarent, ovem quondam a lupo circumventam, sibi in somnis observari, illiusque dentibus opprimi, & lacerasi visam. Quo somnio expurgatus senior, filium, qui una decubabat, excitavit, utque ad regem propere accederet, acclamavit: namque ovem, cujus etiam nomen referebat, a lupo circumventam dilaniari dixit. Qui cum illic excitatus pergeret, eandem, D quam pater praedixerat ovem, a lupo lacerasi, atque opprimi invenit, verissimamque, & quale pater praedixerat, infomnium expertus fuit.

PROGNOSTICA FUTURORUM. Ne tantologia sumus molesti, exempla singularia sequentibus Praedictionum mortis, imperii, &c. miscuenda erunt. In genere vero ex Titulo Prophetarum, atque Vatam. A praedictione enim futurorum nomen habuerunt: *ἔσχατοί* ipsi Prophetæ, quos alioquin in genere, Videntes Hebraei appellabant.

Atticus Constantinopolitanus Episcopus contra Nestorium scripsit, cujus tamen hæresis nondum erat nata. *Vide Tit. Theologorum quinti seculi.*

MIRACULORUM DONO INSTRUCTI.

Hic habituum ipsorum possessionem consideramus. At infra sub Miraculorum loco tum in genere, tum in specie eorum exempla connumerabimus, qui vel veris, vel mendacibus mi-

raculis claruere. Quod hic Metbodi causa tantum in anere volumus.

THEOLOGICÆ DOGMATICÆ EXERCITATIO. AD HUNC LOCUM PERTINENT CONTEMPLATIO.

Huc ex loco Contemplationis Theoricæ religiose exemplatransferenda. Illic Animi agitatio, hic habitus perpendicularis exercitatio.

DOCTRINA, DISCIPLINA. THEOLOGICÆ VEL APTA. RESSA.

Ex Tit. Doctorem Theologiae huc exempla pertinent respectu Agentium, quatenus ducendo exercere habitum, quo sunt praediti. Illic respectu Patientium, quibus per hoc exercitium communicatur habitus, quo carebant.

INEPTA, PERVERSA.

DONEVALDUS Scotorum rex, Osualdo Northumbrorum regi doctorem religionis petenti, Cormanus, virum gravem vita, & eruditione insignem misit. Qui ubi per annum ferè totam Northumbriam lustrasset, multis in locis frequenter concionatus: ingerens fortassis (uti plerique nostræ aetatis faciunt concionatores) sublimia Dei arcana, ac curiosa, superbo verborum strepitu, vix homini literato intelligenda, ad multè lætionis ostentationem potius quam ad Christi oves erudendas, nihil penitus profecit. In Scotia reverens, cum de perviciacia Northumbrorum conquiret: non populi imperitiam, sed doctoris ineptam institutionem in culpa esse antistites censuerunt. Datus proinde ei successor Aidanus Præsul, qui lacte prius, quam solido cibo tenellas animas prægillum reficeret, & crasse potius charitatis praxi, quam subtilis fidei theoreticæ insisteret, septem dierum spatio, Osualdo pio rege, in vicino suggestu interpretem agente, xv. m. hominum convertit. *H. Boet. l. 9.*

Presbyter quidam Mansfeldæ, die festo S. Michaelis suggestum conscendens, ut ignorantia suæ latebram quæreret, in hæc verba exorsus est: De Angelis, auditores, verba hominè docti facere oportebat. Sed quia non fecus, atque pisces in summa sunt positi obscuretate, ut de his nec masculum, nec femininum genus liquidò pronuntiari queat, de incomperis tacere præstat, Angelos esse, nostrum est credere: qui, qualesve sint, nec meum est dicere, nec vestrum indagare. *Joannes Agricola in proverbii German.*

INTERPRETATIO. Bibliorum sacrorum.

Interpres, quatenus docent, sub Titulo Doctorem Theologiae superioris continentur. Hæc exercitatio rationem habebus. De iisdem sub loco Exercitationis grammaticæ. Illic Modi interpretandi, hic subjecti respectu.

Ptolemæus Philadelphus, omnes Judæos, quos Ptolemæus Lagi F. adduxerat subjugatos, liberos redire permisit: in super & dona regia in templum Dei misit: petivique ab Eleazaro tunc pontifice, dari sibi scripturas, quas profecto audiverat fama prædicante divinas: & ideo concupiverat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem Pontifex misisset Hebraas, post etiam ille interpretes postularit: & dati sunt ei septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus feni Seniores, linguæ utriusque doctissimi, Hebraeæ scilicet, atque Græcæ. Quorum interpretatio, ut Septuaginta vocetur, jam obtinuit consuetudo. Traditur, tam mirabilem, ac stupendum, planèque divinum in eorum verbis fuisse contentum, ut cum ad hoc opus separatim singuli sederent (ita enim eorum fidem Ptolemæo regi placuit explorare) in nullo verbo, quod idem significaret, & tantundem valeret, vel in verborum ort. H dine alterum ab altero discrepasse: sed tanquam si unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unum fuisse: quoniam revera spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperat, ut illarum Scripturarum, non tanquam humanarum, sed sicut erant tanquam divinarum, etiam isto modo commendaretur auctoritas, eredituris quodque gentibus profutura, quod jam videmus effectum. *Aug. l. 18. de Civ. Dei, c. 42. Justinus narrat in Apologet. ad gentes, Regem, quo fidem certius interpretum experiretur, & ex consensu veritatem colligeret, domunculas iustissime duas, & septuaginta construi, fecderique unumquemque in suam, cum interpretaturus esset, postea contulisse omnium interpretationes, & per omnia inter se consensisse. Vestigia domuncularum Justinus proficitur se vidisse in Phari arce Alexandria: Tertul. itidem adversus Gentes Hieron. interdu LXX. Interpretibus plurimum defert, & Spiritu S. plenos fuisse dicit: sapè malè, atque imprèritè vertisse affirmat, de cellulis verò planè*